

Timor

in gladios ruere poterat armorum et duros ictus cum patientia sufferere pro merito vane laudis. quod pro gloria eterna nec modicam patientiam volunt. Quod admirans Augustinus ait: Non quod doleam quod pudeam delectat ut culpa impleat et non delectat ut deo acquiescat. Item est illuinar. Thren. ij. Ego vir vides paupertatem meam in virga indignationis mee. Bre. Oculos quos culpa claudit pena ei aperit. Isa. lxxviii. sol la veratō dabit intellectum auditum. Item tribulatio ad regnum eternum ducit. math. v. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quam in ipso est regnum celorum. sic tenet homo diu ligatam bestiam quam emit in domo sua donec fuerit domesticata et tunc dimittit eam libere ire pro domum suam. Sic etiam ligat nos tribulationibus modo et infirmitatibus in presenti sed post dimittet nos liberos in domo sua celesti. tunc creatura liberat a servitute corporis in libertatem filiorum dei. Item in quibusdam precibus consuetudo est quod in profesto nuptiarum convivere et amici sponsi et sponse conveniunt encenari et presentare se invicem dicentes Tene te nuptiis. Eodem modo o anima sancta sponsa christi. sic te oportet in presenti ante quam cum gaudio introducaris in thalamum sponsi tui tribulationum seu temptationum gravamina sustinere. Tene totum ad ludum et festum nuptiarum. nec ludum convertas ad iniquitatem impatienter et cum murmure sustinendo. quod dicit Seneca. Clir bonus quicquid ei acciderit et equo animo sustinebit. scies hoc lege divina accidisse. Ecc. i. Qui quod in tempore sustinebit patiens et pro ea reddito iocunditatis.

De Timore domini.

Timor domini multa facit bona. Peccatum a corde expellit. Quoniam aliquis magnus vult hospitari in aliqua domo promittit nuntium quod domum mundet et preparat. Sic facit deus immitte deo timore. Ecc. i. Timor domini expellit peccatum. Et infra. ij. Qui timet dominum preparabunt corda sua ad recipiendum eum. et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Item secundo a malo culpe future custodit. Prover. vii. Timor domini odit malum. et ideo non permittit illud intrare in domum cordis ponit enim infernum vel diem iudicii quasi quoddam erpauentaculum in corde ad te terrendum illud. Ecc. xxxviii. Timentis deum non occurrunt mala sed in tempore deo illud conseruabit et custodiet a malis. Timor enim est cordis ianitor et ligatura. ab ingressu eius vitia deterrens clava terribili timore scilicet inferni et iudicii. Ecc. i. Timor domini scientie religiositas custodiet et iustificabit cor. Timor fures spirituales in terra corporis habitantes crucifigit. psal. Confige timore tuo carnes meas. quod a iudicis tuis timui. que fecisti de Adam. de angelis de sodomitis. et de diluio quale vindictam sumpsisti. Timor domini futurum iudicium semper ante oculos mentis gerit. Hiero. Sive comedam sive bibam sive aliud faciam semper videtur auribus in tonare illa tuba. Surgite mortui venite ad iudicium. Si enim timet aliquis cum scit se reum alicuius criminis in curia iudicis secularis quantum timere debet quod tot et tantorum criminum scit se reum apud iudicem districtissimum. Hiero. Si tanta cura pertimescit iudicium pulueris quod formidat pudendum est iudicium maiestatis. scilicet attente quod timor servilis vel mundanus est sicut ostiarius pictus in portis divitum qui elenata clava videtur percutere ingrediētes et in gressum prohibere.